# WEDNESDAY OF HOLY WEEK IN LENT

Errors? help@extraordinaryform.org

In the early Roman church, there was no Liturgy for this day; it was kept as we now keep Good Friday; the Mass was omitted and only the Litany solemnly recited. The Mass was reserved for the evening, in St. Mary Major. By the time of St. Leo the Great, this day already had its Mass. It was the rule that it be celebrated in St. Mary Major, to entrust, as it were, the aspirants for Baptism to her loving care who, on Good Friday, will be named the Mother of Mercy and the Advocate of the human race.

The Introit announces the triumph of the Cross; the Church desires to confirm our faith in Him Whose Passion is read in the Gospel according to St. Luke, and Whom tomorrow we shall see crucified between two thieves. The crucifixion is the summary of Catholic belief. The Cross is the crown of all the works of God, and the masterpiece of His love. God is well pleased with it; He cannot hear it commemorated nor behold its image without being moved with pity towards us.

New User Guide

AT THE FOOT OF THE ALTAR
**(Kneel)**

**P:** ✝In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti. Amen.
**P:** Introíbo ad altáre Dei.
**S:** Ad Deum qui lætíficat juventútem meam.

AT THE FOOT OF THE ALTAR
**(Kneel)**

**P:** ✝In the Name of the Father, and of the Son, and of the Holy Spirit. Amen.
**P:** I will go unto the altar of God.
**S:** To God, Who gives joy to my youth.

(Psalm 42 is omitted until Easter)

(Psalm 42 is omitted until Easter)

**P:** ✝Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
**S:** Qui fecit cælum et terram.

**P:** ✝Our help is in the name of the Lord.
**S:** Who made heaven and earth.

**P:** Confíteor Deo omnipoténti, beátæ Maríæ semper Vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joánni Baptístæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, ómnibus Sanctis, et vobis fratres: quia peccávi nimis cogitatióne, verbo, et ópere: mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ídeo precor beátam Maríam semper Vírginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joánnem Baptístam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos, et vos fratres, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

**P:** I confess to almighty God, to blessed Mary ever Virgin, to blessed Michael the Archangel, to blessed John the Baptist, to the holy Apostles Peter and Paul, to all the Saints, and to you, brethren, that I have sinned exceedingly in thought, word, and deed: through my fault, through my fault, through my most grievous fault. Therefore I pray blessed Mary ever Virgin, blessed Michael the Archangel, blessed John the Baptist, the holy Apostles Peter and Paul, all the Saints, and you, brethren, to pray for me to the Lord our God.

**S:** Misereátur tui omnípotens Deus, et, dimíssis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam ætérnam.
**P:** Amen.

**S:** May almighty God have mercy on you, forgive you your sins, and bring you to life everlasting.
**P:** Amen.

**S:** Confíteor Deo omnipoténti, beátæ Maríæ semper Vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joánni Baptistæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, ómnibus Sanctis, et tibi pater: quia peccávi nimis cogitatióne, verbo, et ópere: **(strike breast 3 times)** mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ídeo precor beátam Maríam semper Vírginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joánnem Baptístam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos, et te Pater, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.
**P:** Misereátur vestri omnípotens Deus, et, dimíssis peccátis vestris, perdúcat vos ad vitam ætérnam.
**S:** Amen.
**P:** ✝Indulgéntiam, absolutiónem, et remissiónem peccatórum nostrórum, tríbuat nobis omnípotens et miséricors Dóminus.
**S:** Amen.

**S:** I confess to almighty God, to blessed Mary ever Virgin, to blessed Michael the Archangel, to blessed John the Baptist, to the holy Apostles Peter and Paul, to all the Saints, and to you father: that I have sinned exceedingly in thought, word, and deed: **(strike breast 3 times)** through my fault, through my fault, through my most grievous fault. Therefore I pray blessed Mary ever Virgin, blessed Michael the Archangel, blessed John the Baptist, the holy Apostles Peter and Paul, all the Saints, and you, Father, to pray for me to the Lord our God.
**P:** May almighty God have mercy on you, forgive you your sins, and bring you to life everlasting.
**S:** Amen.
**P:** ✝May the almighty and merciful Lord grant us pardon, absolution, and remission of our sins.
**S:** Amen.

**P:** Deus, tu convérsus vivificábis nos.
**S:** Et plebs tua lætábitur in te.
**P:** Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.
**S:** Et salutáre tuum da nobis.
**P:** Dómine, exáudi oratiónem meam.
**S:** Et clamor meus ad te véniat.

**P:** Thou wilt turn again, O God, and quicken us.
**S:** And Thy people will rejoice in Thee.
**P:** Show us, O Lord, Thy mercy.
**S:** And grant us Thy salvation.
**P:** O Lord, hear my prayer.
**S:** And let my cry come unto Thee.

**P:** Dóminus vobíscum.
**S:** Et cum spíritu tuo.
**P:** Orémus.

**P:** The Lord be with you.
**S:** And with your spirit.
**P:** Let us pray.

**P:** Aufer a nobis, quæsumus, Dómine, iniquitátes nostras: ut ad Sancta sanctórum puris mereámur méntibus introíre. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

**P:** Take away from us our iniquities, we beseech Thee, O Lord; that with pure minds we may be made worthy to enter into the Holy of Holies. Through Christ our Lord. Amen.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

**P:** Orámus te, Dómine, per mérita Sanctórum tuórum, quorum relíquiæ hic sunt et ómnium Sanctórum: ut indulgére dignéris ómnia peccáta mea. Amen.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

**P:** We pray Thee, O Lord, by the merits of Thy Saints whose relics are here, and of all the Saints: that Thou would deign to pardon me all my sins. Amen.

*(Only at High Mass when incense is used)*

***P:** Ab illo benedicáris, in cujus honóre cremáberis.*

*(Only at High Mass when incense is used)*

***P:** Be blessed by Him in Whose honor you will be burnt.*

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

**INTROIT Philippians 2: 10, 8, 11**
In nómine Jesu omne genu flectátur, cæléstium, terréstrium et infernórum: quia Dóminus factus est obédiens usque ad mortem, mortem autem crucis: et omnis lingua confiteátur, ídeo Dóminus Jesus Christus in glória est Dei Patris. (Ps. 101: 2) Dómine, exáudi oratiónem meam: et clamor meus ad te véniat. In nómine Jesu omne genu flectátur, cæléstium, terréstrium et infernórum: quia Dóminus factus est obédiens usque ad mortem, mortem autem crucis: et omnis lingua confiteátur, ídeo Dóminus Jesus Christus in glória est Dei Patris.

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

At the name of Jesus every knee should bow, of those that are in Heaven, on earth, and under the earth: He humbled Himself, becoming obedient unto death, even to the death of the cross. And that every tongue should confess that the Lord Jesus Christ is in the glory of God the Father. (Ps. 101: 2) Lord, hear my prayer and let my cry come unto Thee. At the name of Jesus every knee should bow, of those that are in Heaven, on earth, and under the earth: He humbled Himself, becoming obedient unto death, even to the death of the cross. And that every tongue should confess that the Lord Jesus Christ is in the glory of God the Father.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

**P:** Kýrie, eléison.
**S:** Kýrie, eléison.
**P:** Kýrie, eléison.
**S:** Christe, eléison.
**P:** Christe, eléison.
**S:** Christe, eléison.
**P:** Kýrie, eléison.
**S:** Kýrie, eléison.
**P:** Kýrie, eléison.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

**P:** Lord, have mercy.
**S:** Lord, have mercy.
**P:** Lord, have mercy.
**S:** Christ, have mercy.
**P:** Christ, have mercy.
**S:** Christ, have mercy.
**P:** Lord, have mercy.
**S:** Lord, have mercy.
**P:** Lord, have mercy.

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

**P:** Orémus.
V. Flectámus génua.
R. Leváte.

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

**P:** Let us pray.
Let us kneel.
Arise.

**COLLECT**
Præsta, quǽsumus, omnípotens Deus: ut, qui nostris excéssibus incessánter afflígimur, per unigéniti Fílii tui passiónem liberémur: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

Grant, we beseech Thee, O almighty God, that we who are continually afflicted by reason of our excesses, may be delivered through the passion of Thine only-begotten Son. Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

**LESSON Isaiah 63: 1-7**
Hæc dicit Dóminus Deus: Dícite fíliæ Sion: Ecce salvátor tuus venit: ecce, merces ejus cum eo. Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis véstibus de Bosra? Iste formósus in stola sua, grádiens in multitúdine fortitúdinis suæ. Ego, qui loquor justítiam, et propugnátor sum ad salvándum. Quare ergo rubrum est induméntum tuum, et vestiménta tua sicut calcántium in torculári? Tórcular calcávi solus, et de géntibus non est vir mecum: calcávi eos in furóre meo, et conculcávi eos in ira mea: et aspérsus est sanguis eórum super vestiménta mea, et ómnia induménta mea inquinávi. Dies enim ultiónis in corde meo, annus redemptiónis meæ venit. Circumspéxi, et non erat auxiliátor: quæsívi, et non fuit, qui adjuváret: et salvávit mihi bráchium meum, et indignátio mea ipsa auxiliáta est mihi. Et conculcávi pópulos in furóre meo, et inebriávi eos in indignatióne mea, et detráxi in terram virtútem eórum. Miseratiónum Dómini recordábor, laudem Dómini super ómnibus, quæ réddidit nobis Dóminus, Deus noster.

Thus sayeth the Lord God : Telleth the daughter of Sion: Behold thy Savior cometh; behold His reward is with Him and His work before Him. Who is this that cometh from Edom, with dyed garments from Bosra, this beautiful one in his robe, walking in the greatness of his strength? I, that speak justice, and am a defender to save. Why then is thy apparel red, and thy garments like theirs that tread in the winepress? I have trodden the winepress alone, and of the Gentiles there is not a man with me: I have trampled on them in my indignation, and have trodden them down in my wrath, and their blood is sprinkled upon my garments, and I have stained all my apparel. For the day of vengeance is in my heart, the year of my redemption is come. I looked about, and there was none to help: I sought, and there was none to give aid: and my own arm hath saved for me, and my indignation itself hath helped me. And I have trodden down the people in my wrath, and have made them drunk in my indignation, and have brought down their strength to the earth. I will remember the tender mercies of the Lord, the praise of the Lord for all the things that the Lord hath bestowed upon us.

**GRADUAL Psalms 68: 18; 68: 2-3**
Ne avértas fáciem tuam a púero tuo, quóniam tríbulor: velóciter exáudi me. Salvum me fac, Deus, quóniam intravérunt aquæ usque ad ánimam meam: infíxus sum in limo profúndi, et non est substántia.

Turn not away thy face from thy servant: for I am in trouble, hear me speedily. Save me, O God: for the waters are come in even unto my soul. I stick fast in the mire of the deep and there is no sure standing.

AT THE CENTER OF THE ALTAR
**(Stand at High Mass)**

**P:** Dóminus vobíscum.
**S:** Et cum spíritu tuo.

AT THE CENTER OF THE ALTAR
**(Stand at High Mass)**

**P:** The Lord be with you.
**S:** And with your Spirit.

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

**P:** Orémus.

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

**P:** Let us pray.

**COLLECT**
Deus, qui pro nobis Fílium tuum crucis patíbulum subíre voluísti, ut inimíci a nobis expélleres potestátem: concéde nobis fámulis tuis; ut resurrectiónis grátiam consequámur. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

O God, Who willed that Thy Son should undergo for us the ignominy of the cross to deliver us from the power of the enemy : grant to us Thy servants, that we may obtain the grace of His resurrection. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

**S:** Amen.
**(Sit)**

**S:** Amen.
**(Sit)**

**LESSON Isaiah 53: 1-12**
In diébus illis: Dixit Isaías: Dómine, quis crédidit auditui nostro? et bráchium Dómini cui revelátum est? Et ascéndet sicut virgúltum coram eo, et sicut radix de terra sitiénti: non est spécies ei neque decor: et vídimus eum, et non erat aspéctus, et desiderávimus eum: despéctum et novíssimum virórum, virum dolórum, et sciéntem infirmitátem: et quasi abscónditus vultus ejus et despéctus, unde nec reputávimus eum. Vere languóres nostros ipse tulit, et dolóres nostros ipse portávit: et nos putávimus eum quasi leprósum, et percússum a Deo, et humiliátum. Ipse autem vulnerátus est propter iniquitátes nostras, attrítus est propter scélera nostra: disciplína pacis nostræ super eum, et livóre ejus sanáti sumus. Omnes nos quasi oves errávimus, unusquísque in viam suam declinávit: et pósuit Dóminus in eo iniquitátem ómnium nostrum. Oblátus est, quia ipse vóluit, et non apéruit os suum: sicut ovis ad occisiónem ducétur, et quasi agnus coram tondénte se obmutéscet, et non apériet os suum. De angústia et de judício sublátus est: generatiónem ejus quis enarrábit? quia abscíssus est de terra vivéntium: propter scelus pópuli mei percússi eum. Et dabit ímpios pro sepultúra, et dívitem pro morte sua: eo quod iniquitátem non fécerit, neque dolus fúerit in ore ejus. Et Dóminus vóluit contérere eum in infirmitáte: si posúerit pro peccáto ánimam suam, vidébit semen longǽvum, et volúntas Dómini in manu ejus dirigétur. Pro eo, quod laborávit ánima ejus, vidébit, et saturábitur: in sciéntia sua justificábit ipse justus servus meus multos, et iniquitátes eórum ipse portábit. Ideo dispértiam ei plúrimos: et fórtium dívidet spólia, pro eo quod trádidit in mortem ánimam suam, et cum scelerátis reputátus est: et ipse peccáta multórum tulit, et pro transgressóribus rogávit.

In those days: Isaiah said: Who hath believed our report? and to whom is the arm of the Lord revealed? And he shall grow up as a tender plant before him, and as a root out of a thirsty ground: there is no beauty in him, nor comeliness: and we have seen him, and there was no sightliness, that we should be desirous of him: Despised, and the most abject of men, a man of sorrows, and acquainted with infirmity: and his look was as it were hidden and despised, whereupon we esteemed him not. Surely he hath borne our infirmities and carried our sorrows: and we have thought him as it were a leper, and as one struck by God and afflicted. But he was wounded for our iniquities, he was bruised for our sins: the chastisement of our peace was upon him, and by his bruises we are healed. All we like sheep have gone astray, every one hath turned aside into his own way: and the Lord hath laid on him the iniquity of us all. He was offered because it was his own will, and he opened not his mouth: he shall be led as a sheep to the slaughter, and shall be dumb as a lamb before his shearer, and he shall not open his mouth. He was taken away from distress, and from judgment: who shall declare his generation? because he is cut off out of the land of the living: for the wickedness of my people have I struck him. And he shall give the ungodly for his burial, and the rich for his death: because he hath done no iniquity, neither was there deceit in his mouth. And the Lord was pleased to bruise him in infirmity: if he shall lay down his life for sin, he shall see a long-lived seed, and the will of the Lord shall be prosperous in his hand. Because his soul hath labored, he shall see and be filled: by his knowledge shall this my just servant justify many, and he shall bear their iniquities. Therefore will I distribute to him very many, and he shall divide the spoils of the strong, because he hath delivered his soul unto death, and was reputed with the wicked: and he hath borne the sins of many, and hath prayed for the transgressors.

**S:** Deo gratias.

**S:** Thanks be to God.

**TRACT Psalms 101: 2-5, 14**
Dómine, exáudi oratiónem meam, et clamor meus ad te véniat. Ne avértas fáciem tuam a me ; in quacúmque die tríbulor, inclína ad me aurem tuam ; in quacúmque die invocávero te, velóciter exáudi me. Quia defecérunt sicut fumus dies mei: et ossa mea sicut in frixório confríxa sunt. Percússus sum sicut fœnum, et áruit cor meum, quia oblítus sum manducáre panem meum. Tu exsúrgens miseréberis Sion, quia tempus miseréndi ejus, quia venit tempus.

Hear, O Lord, my prayer: and let my cry come to thee. Turn not away thy face from me: in the day when I am in trouble, incline thy ear to me. In what day soever I shall call upon thee, hear me speedily. For my days are vanished like smoke, and my bones are grown dry like fuel for the fire. I am smitten as grass, and my heart is withered: because I forgot to eat my bread. Thou shalt arise and have mercy on Sion: for it is time to have mercy on it, for the time is come.

AT THE CENTER OF THE ALTAR
*(Only at High Mass when incense is used)*

**P:** *Ab illo benedicáris, in cujus honóre cremáberis.*

**P:** Munda cor meum ac lábia mea, omnípotens Deus, qui lábia Isaíæ Prophétæ cálculo mundásti ignito: ita me tua grata miseratióne dignáre mundáre, ut sanctum Evangélium tuum digne váleam nuntiáre. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.
**P:** Jube, Dómine, benedícere. Dóminus sit in corde meo, et in lábiis meis: ut digne et competénter annúntiem Evangélium suum. Amen.

AT THE LEFT SIDE OF THE ALTAR
**(Stand)**

*(The Gospel for the Passion is not announced in the usual way.)*

**GOSPEL Luke 22: 39-71; 23: 1-53**
**P:** Pássio Dómini nostri Jesu Christe secúndum Lucam.

In illo témpore: Egréssus ibat secúndum consuetúdinem in montem Olivárum. Secúti sunt autem illum et discípuli. Et cum pervenísset ad locum, dixit illis: Oráte, ne intrétis in tentatiónem. Et ipse avúlsus est ab eis, quantum jactus est lápidis, et pósitis génibus orábat, dicens: Pater, si vis, transfer cálicem istum a me: verúmtamen non mea volúntas, sed tua fiat. Appáruit autem illi Ángelus de cælo, ccnfórtans eum. Et factus in agónia, prolíxius orábat. Et factus est sudor ejus, sicut guttæ sánguinis decurréntis in terram. Et cum surrexísset ab oratióne, et venísset ad discípulos suos, invénit eos dormiéntes præ tristítia. Et ait illis: Quid dormítis? súrgite, oráte, ne intrétis in tentatiónem. Adhuc eo loquénte, ecce turba: et qui vocabátur Judas, unus de duódecim, antecedébat eos: et appropinquávit Jesu, ut oscularétur eum. Jesus autem dixit illi: Juda, ósculo Fílium hóminis tradis? Vidéntes autem hi, qui circa ipsum erant, quod futúrum erat, dixérunt ei: Dómine, si percútimus in gladio? Et percússit unus ex illis servum príncipis sacerdótum, et amputávit aurículam ejus déxteram. Respóndens autem Jesus, ait: Sínite usque huc. Et cum tetigísset aurículam ejus, sanávit eum. Dixit autem Jesus ad eos, qui vénerant ad se, príncipes sacerdótum et magistrátus templi et senióres: Quasi ad latrónem exístis cum gládiis et fústibus? Cum cotídie vobíscum fúerim in templo, non extendístis manus in me: sed hæc est hora vestra et potéstas tenebrárum. Comprehendéntes autem eum, duxérunt ad domum príncipis sacerdótum: Petrus vero sequebátur a longe. Accénso autem igne in médio átrii, et circumsedéntibus illis, erat Petrus in médio eórum. Quem cum vidísset ancílla quædam sedéntem ad lumen, et eum fuísset intúita, dixit: Et hic cum illo erat. At ille negávit eum, dicens: Múlier, non novi illum. Et post pusíllum álius videns eum, dixit: Et tu de illis es. Petrus vero ait: O homo, non sum. Et intervállo facto quasi horæ uníus, álius quidam affirmábat, dicens: Vere et hic cum illo erat: nam et Galilǽus est. Et ait Petrus: Homo, néscio, quid dicis. Et contínuo adhuc illo loquénte cantávit gallus. Et convérsus Dóminus respéxit Petrum. Et recordátus est Petrus verbi Dómini, sicut díxerat: Quia priúsquam gallus cantet, ter me negábis. Et egréssus foras Petrus flevit amáre. Et viri, qui tenébant illum, illudébant ei, cædéntes. Et velavérunt eum et percutiébant fáciem ejus: et interrogábant eum, dicéntes: Prophetíza, quis est, qui te percússit? Et alia multa blasphemántes dicébant in eum. Et ut factus est dies, convenérunt senióres plebis et príncipes sacerdótum et scribæ, et duxérunt illum in concílium suum, dicente? Si tu es Christus, dic nobis. Et ait illis: Si vobis díxero, non credétis mihi: si autem et interrogávero, non respondébitis mihi, neque dimítte ti Ex hoc autem erit Fílius hóminis sedens a dextris virtútis Dei. Dixérunt autem omnes: Tu ergo es Fílius Dei? Qui ait: Vos dicitis, quia ego sum. At illi dixérunt: Quid adhuc desiderámus te stimónium ? Ipsi enim audívimus de ore ejus. Et surgens omnis multitúdo eórum, duxérunt illum ad Pilátum. Cœpérunt autem illum accusáre, dicéntes: Hunc invénimus subverténtem gentem nostram, et prohibéntem tribúta dare Cǽsari, et dicéntem se Christum regem esse. Pilátus autem interrogávit eum, dicens: Tu es Rex Judæórum? At ille respóndens, ait: Tu dicis. Ait autem Pilátus ad príncipes sacerdótum et turbas: Nihil invénio causæ in hoc hómine. At illi invalescébant, dicéntes: Cómmovet pópulum, docens per univérsam Judǽam, incípiens a Galilǽa usque huc. Pilátus autem áudiens Galilǽam, interrogávit, si homo Galilǽus esset. Et ut cognóvit, quod de Heródis potestáte esset, remísit eum ad Heródem, qui et ipse Jerosólymis erat illis diébus. Heródes autem, viso Jesu, gavísus est valde. Erat enim cúpiens ex multo témpore vidére eum, eo quod audíerat multa de eo, et sperábat signum áliquod vidére ab eo fíeri. Interrogábat autem eum multis sermónibus. At ipse nihil illi respondébat. Stabant autem príncipes sacerdótum et scribæ, constánter accusántes eum. Sprevit autem illum Heródes cum exércitu suo: et illúsit indútum veste alba, et remísit ad Pilátum. Et facti sunt amíci Heródes et Pilátus in ipsa die: nam ántea inimíci erant ad ínvicem. Pilátus autem, convocátis princípibus sacerdótum et magistrátibus et plebe, dixit ad illos: Obtulístis mihi hunc hóminem, quasi averténtem pópulum, et ecce, ego coram vobis intérrogans, nullam causam invéni in hómine isto ex his, in quibus eum accusátis. Sed neque Heródes: nam remísi vos ad illum, et ecce, nihil dignum morte actum est ei. Emendátum ergo illum dimíttam. Necésse autem habébat dimíttere eis per diem festum, unum. Exclamávit autem simul univérsa turba, dicens: Tolle hunc, et dimítte nobis Barábbam. Qui erat propter seditiónem quandam fáciam in civitáte et homicídium missus in cárcerem. Iterum autem Pilátus locútus est ad eos, volens dimíttere Jesum. At illi succlamábant, dicéntes: Crucifíge, crucifíge eum. Ille autem tértio dixit ad illos: Quid enim mali fecit iste? Nullam causam mortis invénio in eo: corrípiam ergo illum et dimíttam. At illi instábant vócibus magnis, postulántes, ut crucifigerétur. Et invalescébant voces eórum. Et Pilátus adjudicávit fíeri petitiónem eórum. Dimísit autem illis eum, qui propter homicídium et seditiónem missus fúerat in cárcerem, quem petébant: Jesum vero trádidit voluntáti eórum. Et cum dúcerent eum, apprehendérunt Simónem quendam Cyrenénsem, veniéntem de villa: et imposuérunt illi crucem portáre post Jesum. Sequebátur autem illum multa turba pópuli, et mulíerum, quæ plangébant et lamentabántur eum. Convérsus autem ad illas Jesus dixit: Filiæ Jerúsalem, nolíte flere super me, sed super vos ipsas flete et super fílios vestros. Quóniam ecce vénient dies, in quibus dicent: Beátæ stériles, et veníres, qui non genuérunt, et úbera, quæ non lactavérunt. Tunc incípient dícere móntibus: Cádite super nos; et cóllibus: Operíte nos. Quia si in víridi ligno hæc fáciunt, in árido quid fiet? Ducebántur autem et alii duo nequam cum eo, ut interficeréntur. Et postquam venérunt in locum, qui vocátur Calváriæ, ibi crucifixérunt eum: et latrónes, unum a dextris et álterum a sinístris. Jesus autem dicebat: Pater, dimítte illis: non enim sciunt, quid fáciunt. Dividéntes vero vestiménta ejus, misérunt sortes. Et stabat pópulus spectans, et deridébant eum príncipes cum eis, dicéntes: Alios salvos fecit: se salvum fáciat, si hic est Christus Dei electus. Illudébant autem ei et mílites accedéntes, et acétum offeréntes ei, et dicéntes: Si tu es Rex Judæórum, salvum te fac. Erat autem et superscríptio scripta super eum lítteris græcis et latínis et hebráicis: Hic est Rex Judæórum. Unus autem de his, qui pendébant, latrónibus, blasphemábat eum, dicens: Si tu es Christus, salvum fac temetípsum, et nos. Respóndens autem alter increpábat eum, dicens: Neque tu times Deum, quod in eadem damnatióne es. Et nos quidem juste, nam digna factis recípimus: hic vero nihil mali gessit. Et dicebat ad Jesum: Dómine, meménto mei, cum véneris in regnum tuum. Et dixit illi Jesus: Amen, dico tibi: Hódie mecum eris in paradíso. Erat autem fere hora sexta, et ténebræ factæ sunt in univérsam terram usque in horam nonam. Et obscurátus est sol: et velum templi scissum est médium. Et clamans voce magna Jesus, ait: Pater, in manus tuas comméndo spíritum meum. Et hæc dicens, exspirávit. *(Hic genuflectitur, et pausatur aliquántulum.)* Videns autem centúrio quod factum fúerat, glorificávit Deum, dicens: Vere hic homo justus erat. Et omnis turba eórum, qui simul áderant ad spectáculum istud et vidébant, quæ fiébant, percutiéntes péctora sua revertebántur. Stabant autem omnes noti ejus a longe, et mulíeres, quæ secútæ eum erant a Galilǽa, hæc vidéntes. Et ecce, vir nómine Joseph, qui erat decúrio, vir bonus et justus: hic non consénserat consílio et áctibus eórum, ab Arimathǽa civitáte Judǽæ, qui exspectábat et ipse regnum Dei. Hic accéssit ad Pilátum et pétiit corpus Jesu: et depósitum invólvit síndone, et pósuit eum in monuménto excíso, in quo nondum quisquam pósitus fúerat.

**S:** Laus tibi, Christe.
**P:** Per evangélica dicta deleántur nostra delícta.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

**P:** Dóminus vobíscum.
**S:** Et cum spíritu tuo.
**P:** Orémus.
**(Sit)**

**OFFERTORY Psalms 101: 2-3**
Dómine, exáudi oratiónem meam, et clamor meus ad te pervéniat: ne avértas fáciem tuam a me.

**P:** Súscipe, sancte Pater, omnípotens ætérne Deus, hanc immaculátam hóstiam, quam ego indígnus fámulus tuus óffero tibi, Deo meo vivo et vero, pro innumerabílibus peccátis, et offensiónibus, et negligéntiis meis, et pro ómnibus circumstántibus, sed et pro ómnibus fidélibus christiánis vivis atque defúnctis: ut mihi, et illis profíciat ad salútem in vitam ætérnam. Amen.

AT THE CENTER OF THE ALTAR
*(Only at High Mass when incense is used)*

**P:** *Be blessed by Him in Whose honor you will be burnt.*

**P:** Cleanse my heart and my lips, O almighty God, Who cleansed the lips of the Prophet Isaiah with a burning coal. In Thy gracious mercy, deign so to purify me, that I may worthily proclaim Thy holy Gospel. Through Christ our Lord. Amen.
**P:** Pray, Lord, a blessing. The Lord be in my heart and on my lips that I may worthily and fittingly proclaim His Gospel. Amen.

AT THE LEFT SIDE OF THE ALTAR
**(Stand)**

*(The Gospel for the Passion is not announced in the usual way.)*

At that time, going out, he went, according to his custom, to the mount of Olives. And his disciples also followed him. And when he was come to the place, he said to them: Pray, lest ye enter into temptation. And he was withdrawn away from them a stone's cast; and kneeling down, he prayed, Saying: Father, if thou wilt, remove this chalice from me: but yet not my will, but thine be done. And there appeared to him an angel from heaven, strengthening him. And being in an agony, he prayed the longer. And his sweat became as drops of blood, trickling down upon the ground. And when he rose up from prayer, and was come to his disciples, he found them sleeping for sorrow. And he said to them: Why sleep you? arise, pray, lest you enter into temptation. As he was yet speaking, behold a multitude; and he that was called Judas, one of the twelve, went before them, and drew near to Jesus, for to kiss him. And Jesus said to him: Judas, dost thou betray the Son of man with a kiss? And they that were about him, seeing what would follow, said to him: Lord, shall we strike with the sword? And one of them struck the servant of the high priest, and cut off his right ear. But Jesus answering, said: Suffer ye thus far. And when he had touched his ear, he healed him. And Jesus said to the chief priests, and magistrates of the temple, and the ancients, that were come unto him: Are ye come out, as it were against a thief, with swords and clubs? When I was daily with you in the temple, you did not stretch forth your hands against me: but this is your hour, and the power of darkness. And apprehending him, they led him to the high priest's house. But Peter followed afar off. And when they had kindled a fire in the midst of the hall, and were sitting about it, Peter was in the midst of them. Whom when a certain servant maid had seen sitting at the light, and had earnestly beheld him, she said: This man also was with him. But he denied him, saying: Woman, I know him not. And after a little while, another seeing him, said: Thou also art one of them. But Peter said: O man, I am not. And after the space, as it were of one hour, another certain man affirmed, saying: Of a truth, this man was also with him; for he is also a Galilean. And Peter said: Man, I know not what thou sayest. And immediately, as he was yet speaking, the cock crew. And the Lord turning looked on Peter. And Peter remembered the word of the Lord, as he had said: Before the cock crow, thou shalt deny me thrice. And Peter going out, wept bitterly. And the men that held him, mocked him, and struck him. And they blindfolded him, and smote his face. And they asked him, saying: Prophesy, who is it that struck thee? And blaspheming, many other things they said against him. And as soon as it was day, the ancients of the people, and the chief priests and scribes, cane together; and they brought him into their council, saying: If thou be the Christ, tell us. And he saith to them: If I shall tell you, you will not believe me. And if I shall also ask you, you will not answer me, nor let me go. But hereafter the Son of man shall be sitting on the right hand of the power of God. Then said they all: Art thou then the Son of God? Who said: You say that I am. And they said: What need we any further testimony? for we ourselves have heard it from his own mouth. And the whole multitude of them rising up, led him to Pilate. And they began to accuse him, saying: We have found this man perverting our nation, and forbidding to give tribute to Caesar, and saying that he is Christ the king. And Pilate asked him, saying: Art thou the king of the Jews? But he answering, said: Thou sayest it. And Pilate said to the chief priests and to the multitudes: I find no cause in this man. But they were more earnest, saying: He stirreth up the people, teaching throughout all Judea, beginning from Galilee to this place. But Pilate hearing Galilee, asked if the man were of Galilee? And when he understood that he was of Herod's jurisdiction, he sent him away to Herod, who was also himself at Jerusalem, in those days. And Herod, seeing Jesus, was very glad; for he was desirous of a long time to see him, because he had heard many things of him; and he hoped to see some sign wrought by him. And he questioned him in many words. But he answered him nothing. And the chief priests and the scribes stood by, earnestly accusing him. And Herod with his army set him at nought, and mocked him, putting on him a white garment, and sent him back to Pilate. And Herod and Pilate were made friends, that same day; for before they were enemies one to another. And Pilate, calling together the chief priests, and the magistrates, and the people, Said to them: You have presented unto me this man, as one that perverteth the people; and behold I, having examined him before you, find no cause in this man, in those things wherein you accuse him. No, nor Herod neither. For I sent you to him, and behold, nothing worthy of death is done to him. I will chastise him therefore, and release him. Now of necessity he was to release unto them one upon the feast day. But the whole multitude together cried out, saying: Away with this man, and release unto us Barabbas: Who, for a certain sedition made in the city, and for a murder, was cast into prison. And Pilate again spoke to them, desiring to release Jesus. But they cried again, saying: Crucify him, crucify him. And he said to them the third time: Why, what evil hath this man done? I find no cause of death in him. I will chastise him therefore, and let him go. But they were instant with loud voices, requiring that he might be crucified; and their voices prevailed. And Pilate gave sentence that it should be as they required. And he released unto them him who for murder and sedition, had been cast into prison, whom they had desired; but Jesus he delivered up to their will. And as they led him away, they laid hold of one Simon of Cyrene, coming from the country; and they laid the cross on him to carry after Jesus. And there followed him a great multitude of people, and of women, who bewailed and lamented him. But Jesus turning to them, said: Daughters of Jerusalem, weep not over me; but weep for yourselves, and for your children. For behold, the days shall come, wherein they will say: Blessed are the barren, and the wombs that have not borne, and the paps that have not given suck. Then shall they begin to say to the mountains: Fall upon us; and to the hills: Cover us. For if in the green wood they do these things, what shall be done in the dry? And there were also two other malefactors led with him to be put to death. And when they were come to the place which is called Calvary, they crucified him there; and the robbers, one on the right hand, and the other on the left. And Jesus said: Father, forgive them, for they know not what they do. But they, dividing his garments, cast lots. And the people stood beholding, and the rulers with them derided him, saying: He saved others; let him save himself, if he be Christ, the elect of God. And the soldiers also mocked him, coming to him, and offering him vinegar, And saying: If thou be the king of the Jews, save thyself. And there was also a superscription written over him in letters of Greek, and Latin, and Hebrew: THIS IS THE KING OF THE JEWS. And one of those robbers who were hanged, blasphemed him, saying: If thou be Christ, save thyself and us. But the other answering, rebuked him, saying: Neither dost thou fear God, seeing thou art condemned under the same condemnation? And we indeed justly, for we receive the due reward of our deeds; but this man hath done no evil. And he said to Jesus: Lord, remember me when thou shalt come into thy kingdom. And Jesus said to him: Amen I say to thee, this day thou shalt be with me in paradise. And it was almost the sixth hour; and there was darkness over all the earth until the ninth hour. And the sun was darkened, and the veil of the temple was rent in the midst. And Jesus crying out with a loud voice, said: Father, into thy hands I commend my spirit. And saying this, he gave up the ghost. *(Here kneel, and pause a few moments.)* Now the centurion, seeing what was done, glorified God, saying: Indeed this was a just man. And all the multitude of them that were come together to that sight, and saw the things that were done, returned striking their breasts. And all his acquaintance, and the women that had followed him from Galilee, stood afar off, beholding these things. And behold there was a man named Joseph, who was a counselor, a good and just man, The same had not consented to their counsel and doings; of Arimathea, a city of Judea; who also himself looked for the kingdom of God. This man went to Pilate, and begged the body of Jesus. And taking him down, he wrapped him in fine linen, and laid him in a sepulchre that was hewed in stone, wherein never yet any man had been laid.

**S:** Praise to Thee, O Christ.
**P:** May our offenses be erased by the words of the Gospel.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

**P:** The Lord be with you.
**S:** And with your spirit.
**P:** Let us pray.
**(Sit)**

Hear, O Lord, my prayer: and let my cry come to thee. Turn not away thy face from me.

**P:** Receive, O Holy Father, almighty and eternal God, this spotless host, which I, Thine unworthy servant, offer unto Thee, my living and true God, for my innumerable sins, offenses, and negligences, and for all here present; and also for all faithful Christians both living and dead, that it may profit me and them for salvation unto life everlasting. Amen.

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

**P:** Deus, qui humánæ substántiæ dignitátem mirabíliter condidísti, et mirabílius reformásti: da nobis per hujus aquæ et vini mystérium, ejus divinitátis esse consórtes, qui humanitátis nostræ fíeri dignátus est párticeps, Jesus Christus Fílius tuus Dóminus noster: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus: per ómnia sǽcula sæculórum. Amen.

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

**P:** O God, Who wonderfully formed the dignity of human nature, and more wonderfully restored it, grant us through the mystery of this water and wine, to be made participants of His divinity, Who condescended to become a partaker of our humanity, Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who with Thee, lives and reigns in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever. Amen.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

**P:** Offérimus tibi, Dómine, cálicem salutáris tuam deprecántes cleméntiam: ut in conspéctu divínæ majestátis tuæ, pro nostra, et totíus mundi salúte cum odóre suavitátis ascéndat. Amen. In spíritu humilitátis, et in ánimo contríto suscipiámur a te, Dómine, et sic fiat sacrifícium nostrum in conspéctu tuo hódie, ut pláceat tibi, Dómine Deus. Veni, sanctificátor omnípotens ætérne Deus: et bénedic hoc sacrifícium, tuo sancto nómini præparátum.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

**P:** We offer Thee, O Lord, the chalice of salvation, pleading Thy clemency, that it may ascend in the sight of Thy divine majesty, with a sweet fragrance, for our salvation and for that of the whole world. Amen. In a humble spirit and a contrite heart may we be received by Thee, O Lord, and let our sacrifice be so made in Thy sight this day that it may please Thee, O Lord God. Come, O sanctifier, almighty and eternal God, and bless this sacrifice prepared for Thy holy name.

*(Only at High Mass when incense is used)*

***P:** Per intercessiónem beáti Michǽlis Archángeli, stantis a dextris altáris incénsi, et ómnium electórum suórum, incénsum istud dignétur Dóminus benedícere, et in odórem suavitátis accípere. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.*

***P:** Incénsum istud a te benedíctum, ascéndat ad te, Dómine, et descéndat super nos misericórdia tua.*

***P:** Dirigátur, Dómine, orátio mea, sicut incénsum, in conspéctu tuo: elevátio mánuum meárum sacrifícium vespertínum. Pone, Dómine, custódiam ori meo, et óstium circumstántiæ lábiis meis: ut non declínet cor meum in verba malítiæ, ad excusándas excusatiónes in peccátis.*

***P:** Accéndat in nobis Dóminus ignem sui amóris, et flamma ætérnæ caritátis. Amen.*

*(Only at High Mass when incense is used)*

***P:** By the intercession of blessed Michael the Archangel, who stands at the right hand of the altar of incense, and of all His elect, may the Lord deign to bless this incense, and to receive it as a sweet fragrance, through Christ our Lord.*

***P:** May this incense, blessed by Thee, ascend to Thee, O Lord, and may Thy mercy descend upon us.*

***P:** Let my prayer be directed, O Lord, as incense in Thy sight, the lifting up of my hands as an evening sacrifice. Set a watch, O Lord, before my mouth: and a door round about my lips: that my heart may not incline to evil words: to make excuses in sins.*

***P:** May the Lord enkindle in us the fire of His love and the flame of everlasting charity. Amen.*

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

**P:** Lavábo inter innocéntes manus meas: et circumdábo altáre tuum, Dómine: Ut áudiam vocem laudis, et enárrem univérsa mirabília tua. Dómine, diléxi decórem domus tuæ, et locum habitatiónis glóriæ tuæ. Ne perdas cum ímpiis, Deus, ánimam meam, et cum viris sánguinum vitam meam: In quorum mánibus iniquitátes sunt: déxtera eórum repléta est munéribus. Ego autem in innocéntia mea ingréssus sum: rédime me, et miserére mei. Pes meus stetit in dirécto: in ecclésiis benedícam te, Dómine. Glória Patri, et Filio, et Spíritui Sancto. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper: et in sǽcula sæculórum. Amen.

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

**P:** I will wash my hands among the innocent, and I will compass Thine altar, O Lord, that I may hear the voice of praise: and tell of all Thy wondrous deeds. I have loved, O Lord, the beauty of Thy house and the place where Thy glory dwelleth. Destroy not my soul, O God, with the wicked, nor my life with men of blood. In whose hands are iniquities, their right hand is full with gifts. But I have walked in my innocence: redeem me, and have mercy on me. My foot has stood on the right path; in the churches I will bless Thee, O Lord. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit. As it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

**P:** Súscipe, sancta Trínitas, hanc oblatiónem, quam tibi offérimus ob memóriam passiónis, resurrectiónis, et ascensiónis Jesu Christi Dómini nostri: et in honórem beátæ Mariæ semper Vírginis, et beáti Joánnis Baptístæ, et sanctórum Apostolórum Petri et Pauli, et istórum, et ómnium Sanctórum: ut illis profíciat ad honórem, nobis autem ad salútem: et illi pro nobis intercédere dignéntur in cælis, quorum memóriam ágimus in terris. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

**P:** Receive, O holy Trinity, this oblation which we offer to Thee in remembrance of the passion, resurrection, and ascension of Our Lord Jesus Christ, and in honor of blessed Mary, ever Virgin, blessed John the Baptist, the holy Apostles Peter and Paul, and of these and of all the Saints; that it may avail unto their honor and our salvation, and may they deign to intercede in heaven for us who honor their memory here on earth. Through the same Christ, our Lord. Amen.

**P:** Oráte fratres: ut meum ac vestrum sacrifícium acceptábile fiat apud Deum Patrem omnipoténtem.
**S:** Suscípiat Dóminus sacrifícium de mánibus tuis ad laudem, et glóriam nóminis sui, ad utilitátem quoque nostram, totiúsque Ecclésiæ suæ sanctæ.
**P:** Amen.

**P:** Pray brethren, that my sacrifice and yours may be acceptable to God the Father almighty.
**S:** May the Lord receive the sacrifice from your hands, to the praise and glory of His name, to our benefit, and that of all His holy Church.
**P:** Amen.

**SECRET** *(silently)*

Súscipe, quǽsumus, Dómine, munus oblátum, et dignánter operáre: ut, quod passiónis Fílii tui, Dómini nostri, mystério gérimus, piis afféctibus consequámur. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus,

Receive, O Lord, we beseech Thee, the gift which we offer, mercifully granting that we may obtain that which we celebrate in this mystery of the passion of Thy Son our Lord, Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God,

*(aloud, to conclude the Secret Prayer)*

**P:** ...per ómnia sǽcula sæculórum.
**(Stand at High Mass)**
**S:** Amen.
**P:** Dóminus vobíscum.
**S:** Et cum spíritu tuo.
**P:** Sursum corda.
**S:** Habémus ad Dóminum.
**P:** Grátias agámus Dómino Deo nostro.
**S:** Dignum et justum est.

**P:** ...forever and ever.
**(Stand at High Mass)**
**S:** Amen.
**P:** The Lord be with you.
**S:** And with your spirit.
**P:** Lift up your hearts.
**S:** We have lifted them up to the Lord.
**P:** Let us give thanks to the Lord our God.
**S:** It is fitting and just.

**PREFACE OF THE HOLY CROSS**

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Qui salútem humáni géneris in ligno Crucis constituísti: ut unde mors oriebátur, inde vita resúrgeret: et, qui in ligno vincébat, in ligno quoque vincerétur: per Christum, Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Ángeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli cælorúmque Virtútes ac beáta Séraphim sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admítti jubeas, deprecámur, súpplici confessióne dicéntes:

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times, and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God: Who didst establish the salvation of mankind on the tree of the Cross: that whence death came, thence also life might arise again, and that he, who overcame by the tree, by the tree also might be overcome: Through Christ our Lord. Through Whom the Angels praise Thy Majesty, the Dominations worship it, the Powers stand in awe. The Heavens and the Heavenly hosts together with the blessed Seraphim in triumphant chorus unite to celebrate it. With whom, we pray Thee, command that our voices of supplication also be admitted in confessing Thee saying:

**(Kneel)**

**P:** Sanctus 🔔, Sanctus 🔔, Sanctus 🔔, Dóminus Deus Sábaoth. Pleni sunt cæli et terra glória tua. Hosánna in excélsis. ✝ Benedíctus qui venit in nómine Dómini. Hosánna in excélsis.

**(Kneel)**

P: Holy, holy, holy, Lord God of Hosts! Heaven and earth are filled with Thy glory. Hosanna in the highest! ✝ Blessed is He Who comes in the name of the Lord. Hosanna in the highest!

## THE ROMAN CANON

*(silently)*

**P:** Te ígitur, clementíssime Pater, per Jesum Christum Fílium tuum, Dóminum nostrum, súpplices rogámus, ac pétimus uti accépta hábeas, et benedícas, hæc dona, hæc múnera, hæc sancta sacrifícia illibáta, in primis, quæ tibi offérimus pro Ecclésia tua sancta cathólica: quam pacificáre, custodíre, adunáre, et régere dignéris toto orbe terrárum: una cum fámulo tuo Papa nostro **N.**, et Antístite nostro **N.**, et ómnibus orthodóxis, atque cathólicæ et apostólicæ fidei cultóribus.

## THE ROMAN CANON

*(silently)*

**P:** Therefore, most merciful Father, we humbly pray and entreat Thee, through Jesus Christ, Thy Son, Our Lord, that Thou would accept and bless these gifts, these offerings, these holy and spotless sacrifices, which, in the first place, we offer Thee for Thy holy catholic Church: deign to pacify, to guard, to unite, and to govern her throughout the world, together with Thy servant **N.**, our Pope, and **N.**, our Bishop; and all orthodox believers of the catholic and apostolic faith.

**P:** Meménto, Dómine, famulórum, famularúmque tuárum **N.**, et **N.**, et ómnium circumstántium, quorum tibi fides cógnita est, et nota devótio, pro quibus tibi offérimus: vel qui tibi ófferunt hoc sacrifícium laudis, pro se, suísque ómnibus: pro redemptióne animárum suárum, pro spe salútis et incolumitátis suæ: tibíque reddunt vota sua ætérno Deo, vivo et vero.

**P:** Be mindful, O Lord, of Thy servants and handmaids **N.** and **N.**, and of all here present, whose faith and devotion are known unto Thee, for whom we offer, or who offer to Thee, this sacrifice of praise for themselves, and for all their own, for the redemption of their souls, for their hope of salvation and safety; and who pay their vows to Thee, the everlasting, living, and true God.

**P:** Communicántes, et memóriam venerántes, in primis gloriósæ semper Vírginis Maríæ, Genitrícis Dei et Dómini nostri Jesu Christi: sed et beáti Joseph, ejúsdem Vírginis Sponsi, et beatórum Apostolórum ac Mártyrum tuórum, Petri et Pauli, Andréæ, Jacóbi, Joánnis, Thomæ, Jacóbi, Philíppi, Bartholomǽi, Matthǽi, Simónis, et Thaddǽi: Lini, Cleti, Cleméntis, Xysti, Cornélii, Cypriáni, Lauréntii, Chrysógoni, Joánnis et Pauli, Cosmæ et Damiáni, et ómnium Sanctórum tuórum; quorum méritis precibúsque concédas, ut in ómnibus protectiónis tuæ muniámur auxílio. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

**P:** Having communion with, and venerating first of all the memory of the glorious and ever Virgin Mary, Mother of our God and Lord Jesus Christ; and also of blessed Joseph, Spouse of the same Virgin, and of Thy blessed Apostles and Martyrs, Peter and Paul, Andrew, James, John, Thomas, James, Philip, Bartholomew, Matthew, Simon and Thaddeus; of Linus, Cletus, Clement, Sixtus, Cornelius, Cyprian, Lawrence, Chrysogonus, John and Paul, Cosmas and Damian, and all Thy Saints, by whose merits and prayers, grant that in all things we may be defended by the help of Thy protection. Through the same Christ, our Lord. Amen.

**P:** 🔔 Hanc ígitur oblatiónem servitútis nostræ, sed et cunctæ famíliæ tuæ, quǽsumus, Dómine, ut placátus accípias: diésque nostros in tua pace dispónas, atque ab ætérna damnatióne nos éripi, et in electórum tuórum júbeas grege numerári. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

**P:** We therefore beseech Thee, O Lord, to graciously accept this oblation of our service, as also of Thy entire family; dispose our days in Thy peace, save us from eternal damnation, and command that we be numbered in the flock of Thine elect. Through Christ our Lord. Amen.

**P:** Quam oblatiónem tu, Deus, in ómnibus, quǽsumus, benedíctam, adscríptam, ratam, rationábilem, acceptabilémque fácere dignéris: ut nobis Corpus, et Sanguis fiat dilectíssimi Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi.

**P:** Which oblation, do Thou, O God, deign in all respects to make blessed, approved, ratified, reasonable and acceptable, so that it may become for us the Body and Blood of Thy most beloved Son, our Lord, Jesus Christ.

**P:** Qui prídie quam paterétur, accépit panem in sanctas, ac venerábiles manus suas, et elevátis óculis in cælum ad te Deum Patrem suum omnipoténtem, tibi grátias agens, benedíxit, fregit, dedítque discípulis suis, dicens:
Accípite, et manducáte ex hoc omnes,
HOC EST ENIM CORPUS MEUM.
🔔 🔔 🔔

**P:** Who, the day before He suffered, took bread into His holy and venerable hands, and with His eyes raised to heaven, unto Thee, God, His almighty Father, giving thanks to Thee, He blessed it, broke it, and gave it to His disciples saying:
Take, all of you, and eat of this:
FOR THIS IS MY BODY.

**P:** Símili modo postquam cænátum est, accípiens et hunc præclárum Cálicem in sanctas ac venerábiles manus suas: item tibi grátias agens, benedíxit, dedítque discípulis suis, dicens:
Accípite, et bíbite ex eo omnes,
HIC EST ENIM CALIX SÁNGUINIS MEI, NOVI ET AETÉRNI TESTAMÉNTI: MYSTÉRIUM FÍDEI: QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS EFFUNDÉTUR IN REMISSIÓNEM PECCATÓRUM.
Hæc quotiescúmque fecéritis, in mei memóriam faciétis.
🔔 🔔 🔔

**P:** In like manner, after He had supped, taking also this excellent chalice into His holy and venerable hands, and giving thanks to Thee, He blessed it, and gave it to His disciples, saying:
Take, all of you, and drink of this:
FOR THIS IS THE CHALICE OF MY BLOOD OF THE NEW AND ETERNAL TESTAMENT: THE MYSTERY OF FAITH: WHICH SHALL BE POURED OUT FOR YOU AND FOR MANY UNTO THE REMISSION OF SINS.
As often as you shall do these things, you do them in memory of Me.

**P:** Unde et mémores, Dómine, nos servi tui, sed et plebs tua sancta, ejúsdem Christi Fílii tui Dómini nostri tam beátæ passiónis, nec non et ab ínferis resurrectiónis, sed et in cælos gloriósæ ascensiónis: offérimus præcláræ majestáti tuæ de tuis donis, ac datis, hóstiam puram, hóstiam sanctam, hóstiam immaculátam, Panem sanctum vitæ ætérnæ, et Cálicem salútis perpétuæ.

**P:** Wherefore, Lord, we, Thy servants, but also Thy holy people, mindful of the same Christ, Thy Son, our Lord, of His blessed passion, and of His resurrection from the grave, and of His glorious ascension into heaven, offer unto Thy most excellent majesty of Thine own gifts, bestowed upon us, a pure victim, a holy victim, an unspotted victim, the holy Bread of eternal life and the Chalice of everlasting salvation.

**P:** Supra quæ propítio ac seréno vultu respícere dignéris; et accépta habére, sícuti accépta habére dignátus es múnera púeri tui justi Abel, et sacrifícium Patriárchæ nostri Ábrahæ: et quod tibi óbtulit summus sacérdos tuus Melchísedech, sanctum sacrifícium, immaculátam hóstiam.

**P:** Deign to regard them with a gracious and serene countenance, and to accept them, as Thou didst deign to accept the gifts of Thy just servant Abel, and the sacrifice of Abraham our Patriarch, and that which Thy chief priest Melchisedech offered to Thee, a holy sacrifice, an unspotted victim.

**P:** Súpplices te rogámus, omnípotens Deus: jube hæc perférri per manus sancti Ángeli tui in sublíme altáre tuum, in conspéctu divínæ majestátis tuæ: ut quotquot, ex hac altáris participatióne sacrosánctum Fílii tui, Corpus, et Sánguinem sumpsérimus, omni benedictióne cælésti et grátia repleámur. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

**P:** Humbly we pray Thee, almighty God, command these offerings to be borne by the hands of Thy holy Angel to Thine altar on high, in the sight of Thy divine majesty, so that as many of us as shall, by partaking from this altar, consume the most holy Body and Blood of Thy Son, may be filled with every heavenly grace and blessing. Through the same Christ our Lord. Amen.

**P:** Meménto étiam, Dómine, famulórum, famularúmque tuarum **N.** et **N.** qui nos præcessérunt cum signo fídei, et dórmiunt in somno pacis. Ipsis, Dómine, et ómnibus in Christo quiescéntibus, locum refrigérii, lucis et pacis, ut indúlgeas, deprecámur. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

**P:** Be mindful also, O Lord, of Thy servants and handmaids **N.** and **N.** who have gone before us with the sign of faith and rest in the sleep of peace. To these, O Lord, and to all who rest in Christ, we plead that you grant a place of comfort, light, and peace. Through the same Christ our Lord. Amen.

**P:** Nobis quoque peccatóribus fámulis tuis, de multitúdine miseratiónum tuárum sperántibus, partem áliquam, et societátem donáre dignéris, cum tuis sanctis Apóstolis et Martýribus: cum Joánne, Stéphano, Matthía, Bárnaba, Ignátio, Alexándro, Marcellíno, Petro, Felicitáte, Perpétua, Ágatha, Lúcia, Agnéte, Cæcília, Anastásia, et ómnibus Sanctis tuis: intra quorum nos consórtium, non æstimátor mériti, sed véniæ, quǽsumus, largítor admítte. Per Christum Dóminum nostrum.

**P:** To us sinners also, Thy servants, trusting in the multitude of Thy mercies, deign to grant some part and fellowship with Thy holy Apostles and Martyrs, with John, Stephen, Matthias, Barnabas, Ignatius, Alexander, Marcellinus, Peter, Felicitas, Perpetua, Agatha, Lucy, Agnes, Cecilia, Anastasia, and with all Thy Saints, into whose company, we beseech Thee, not as appraiser of merit but as bestower of pardon, to admit us. Through Christ our Lord.

**P:** Per quem hæc ómnia, Dómine, semper bona creas, sanctíficas, vivíficas, benedícis, et præstas nobis. Per ipsum, et cum ipso, et in ipso, est tibi Deo Patri omnipoténti, in unitáte Spíritus Sancti, omnis honor, et glória.

**P:** Through Whom, O Lord, Thou always create, sanctify, quicken, bless and bestow upon us all good things. Through Him and with Him and in Him is to Thee, God the Father almighty, in the unity of the Holy Spirit, all honor and glory,

*(aloud, to conclude the Canon)*
**P:** Per ómnia sǽcula sæculórum.
**(Stand at High Mass)**
**S:** Amen.

*(aloud, to conclude the Canon)*
**P:** Forever and ever.
**(Stand at High Mass)**
**S:** Amen.

**P:** Orémus. Præcéptis salutáribus móniti, et divína institutióne formáti, audémus dícere:
Pater noster, qui es in cælis: Sanctificétur nomen tuum: Advéniat regnum tuum: Fiat vóluntas tua, sicut in cælo, et in terra. Panem nostrum quotidiánum da nobis hódie: Et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris. Et ne nos indúcas in tentatiónem:
**S:** Sed líbera nos a malo.
**P:** Amen

**P:** Let us pray: Admonished by Thy saving precepts, and following Thy divine institution, we dare to say:
Our Father, Who art in heaven, hallowed be Thy name; Thy kingdom come; Thy will be done on earth as it is in heaven. Give us this day our daily bread. And forgive us our trespasses as we forgive those who trespass against us. And lead us not into temptation.
**S:** But deliver us from evil.
**P:** Amen.

**P:** Líbera nos, quǽsumus, Dómine, ab ómnibus malis, prætéritis, præséntibus, et futúris: et intercedénte beáta et gloriósa semper Vírgine Dei Genitríce María, cum beátis Apóstolis tuis Petro et Paulo, atque Andréa, et ómnibus Sanctis, da propítius pacem in diébus nostris: ut ope misericórdiæ tuæ adjúti, et a peccáto simus semper líberi et ab omni perturbatióne secúri. Per eúndem Dominum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spiritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

**S:** Amen.
**P:** Pax Dómini sit semper vobíscum.

**S:** Et cum spíritu tuo.
**(Kneel at High Mass)**
**P:** Hæc commíxtio, et consecrátio Córporis et Sánguinis Dómini nostri Jesu Christi fiat accipiéntibus nobis in vitam ætérnam. Amen.

**P:** Deliver us, we beseech Thee, O Lord, from all evils, past, present, and to come; and by the intercession of the blessed and glorious ever-Virgin Mary, Mother of God, together with Thy blessed Apostles, Peter and Paul, and Andrew, and all the Saints, mercifully grant peace in our days, that sustained by the help of Thy mercy, we may be always free from sin and secure from all disturbance. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee, in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.
**S:** Amen.
**P:** The peace of the Lord be always with you.
**S:** And with your spirit.
**(Kneel at High Mass)**
**P:** May this mingling and consecration of the Body and Blood of our Lord Jesus Christ be to us who receive it effectual unto eternal life. Amen.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi: **(strike breast)** miserére nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi: **(strike breast)** miserére nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi: **(strike breast)** dona nobis pacem.

Lamb of God, Who takes away the sins of the world, **(strike breast)** have mercy on us.
Lamb of God, Who takes away the sins of the world, **(strike breast)** have mercy on us.
Lamb of God, Who takes away the sins of the world, **(strike breast)** grant us peace.

**P:** Dómine Jesu Christe, qui dixísti Apóstolis tuis: Pacem relínquo vobis, pacem meam do vobis: ne respícias peccáta mea, sed fidem Ecclésiæ tuæ: eámque secúndum voluntátem tuam pacificáre et coadunáre dignéris: Qui vivis et regnas Deus per ómnia sǽcula sæculórum. Amen.

**P:** O Lord Jesus Christ, Who said to Thine Apostles: Peace I leave you, My peace I give you; regard not my sins, but the faith of Thy Church, and deign to grant her peace and to unify her according to Thy will: Who lives and reigns God, forever and ever. Amen.

**P:** Dómine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui ex voluntáte Patris, cooperánte Spíritu Sancto, per mortem tuam mundum vivificásti: líbera me per hoc sacrosánctum Corpus et Sánguinem tuum ab ómnibus iniquitátibus meis, et univérsis malis: et fac me tuis semper inhærére mandátis, et a te numquam separári permíttas: Qui cum eódem Deo Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas Deus in sǽcula sæculórum. Amen.

**P:** Lord Jesus Christ, Son of the living God, Who, by the will of the Father, with the cooperation of the Holy Spirit, hast by Thy death given life to the world; deliver me by this Thy most sacred Body and Blood, from all my sins and from all evils. Make me always cleave to Thy commandments, and never permit me to be separated from Thee, Who with the same God the Father and the Holy Spirit, lives and reigns, God, forever and ever. Amen.

**P:** Percéptio Córporis tui, Dómine Jesu Christe, quod ego indígnus súmere præsúmo, non mihi provéniat in judícium et condemnatiónem: sed pro tua pietáte prosit mihi ad tutaméntum mentis et córporis, et ad medélam percipiéndam: Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sæculórum. Amen.

**P:** Let not the partaking of Thy Body, O Lord Jesus Christ, which I, unworthy, presume to receive, turn to my judgment and condemnation; but through Thy kindness, may it benefit me, a safeguard both of mind and body, and a certain remedy. Who with God the Father, in the unity of the Holy Spirit, lives and reigns God, forever and ever. Amen.

**P:** Panem cæléstem accípiam, et nomen Dómini invocábo.

**P:** I will take the Bread of heaven, and will call upon the name of the Lord.

Dómine, non sum dignus 🔔, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea.
Dómine, non sum dignus 🔔, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea.
Dómine, non sum dignus 🔔, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea.

Lord, I am not worthy that Thou should enter under my roof; but only say the word and my soul shall be healed.
Lord, I am not worthy that Thou should enter under my roof; but only say the word and my soul shall be healed.
Lord, I am not worthy that Thou should enter under my roof; but only say the word and my soul shall be healed.

**P:** Corpus Dómini nostri Jesu Christi custódiat ánimam meam in vitam ætérnam. Amen.
**P:** Quid retríbuam Dómino pro ómnibus quæ retríbuit mihi? Cálicem salutáris accípiam, et nomen Dómini invocábo. Laudans invocábo Dóminum, et ab inimícis meis salvus ero.
**P:** Sanguis Dómini nostri Jesu Christi custódiat ánimam meam in vitam ætérnam. Amen.

**P:** May the Body of our Lord Jesus Christ preserve my soul unto life everlasting. Amen.
**P:** What return shall I render unto the Lord for all He has given me? I will take the Chalice of salvation, and I will call upon the name of the Lord. Praising I will call upon the Lord, and I shall be saved from my enemies.
**P:** May the Blood of our Lord Jesus Christ preserve my soul to life everlasting. Amen.

**P:** Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi.

**P:** Behold the Lamb of God, behold Him who takes away the sins of the world.

**S:** Dómine, non sum **(strike breast)** dignus, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea.
**S:** Dómine, non sum **(strike breast)** dignus, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea.
**S:** Dómine, non sum **(strike breast)** dignus, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea.

**S:** Lord, I am **(strike breast)** not worthy that Thou should enter under my roof; but only say the word and my soul shall be healed.
**S:** Lord, I am **(strike breast)** not worthy that Thou should enter under my roof; but only say the word and my soul shall be healed.
**S:** Lord, I am **(strike breast)** not worthy that Thou should enter under my roof; but only say the word and my soul shall be healed.

AT THE COMMUNION RAIL
**P:** Corpus Dómini nostri Jesu Christi custódiat ánimam tuam in vitam ætérnam. Amen.

AT THE COMMUNION RAIL
**P:** May the Body of our Lord Jesus Christ preserve your soul unto everlasting life. Amen.

AT THE CENTER OF THE ALTAR
**P:** Quod ore súmpsimus, Dómine, pura mente capiámus: et de múnere temporáli fiat nobis remédium sempitérnum.

**P:** Corpus tuum, Dómine, quod sumpsi, et Sanguis, quem potávi, adhǽreat viscéribus meis: et præsta; ut in me non remáneat scélerum mácula, quem pura et sancta refecérunt sacraménta: Qui vivis et regnas in sǽcula sæculórum, Amen.

AT THE CENTER OF THE ALTAR
**P:** Grant, O Lord, that what we have taken with our mouth, we may receive with a pure mind; and from a temporal gift may it become to us an eternal remedy.
**P:** May Thy Body, O Lord, which I have consumed, and Thy Blood which I have drunk, cling to my vitals; and grant that no wicked stain may remain in me, whom these pure and holy mysteries have refreshed. Who lives and reigns, forever and ever. Amen.

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

**COMMUNION Psalms 101:13,14**
Potum meum cum fletu temperábam: quia élevans allisísti me: et ego sicut fœnum árui: tu autem, Dómine, in ætérnum pérmanes: tu exsúrgens miseréberis Sion, quia venit tempus miseréndi ejus.

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

For I did eat ashes like bread, and mingled my drink with weeping. But thou, O Lord, endurest for ever: and thy memorial to all generations. Thou shalt arise and have mercy on Sion: for it is time to have mercy on it, for the time is come.

AT THE CENTER OF THE ALTAR
**(Stand at High Mass)**
**P:** Dóminus vobíscum.
**S:** Et cum spíritu tuo.

AT THE CENTER OF THE ALTAR
**(Stand at High Mass)**
**P:** The Lord be with you.
**S:** And with your spirit.

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR
**P:** Orémus.

**POSTCOMMUNION**
Largíre sénsibus nostris, omnípotens Deus: ut, per temporálem Fílii tui mortem, quam mystéria veneránda testántur, vitam te nobis dedísse perpétuam confidámus. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

**S:** Amen.
**P:** Orémus.

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR
**P:** Let us pray.

Grant to our mind, almighty God, that by the temporal death of Thy Son, represented in these adorable mysteries, we may trust that Thou hast given to us eternal life. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

**S:** Amen.
**P:** Let us pray.

**PRAYER OVER THE PEOPLE**
Humiliáte cápita vestra Deo.
Réspice, quǽsumus, Dómine, super hanc famíliam tuam, pro qua Dóminus noster Jesus Christus non dubitávit mánibus tradi nocéntium, et crucis subíre torméntum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

**S:** Amen.

Bow your heads to God.
Look down we beseech thee, O Lord, on this thy family for whose sake our Lord Jesus Christ refused not to yield himself into the hands of the wicked and to suffer the torments of the cross. Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

**S:** Amen.

AT THE CENTER OF THE ALTAR
**P:** Dóminus vobíscum.
**S:** Et cum spíritu tuo.
**P:** Ite, Missa est.
**S:** Deo grátias.
**(Kneel at High Mass)**
**P:** Pláceat tibi, sancta Trínitas, obséquium servitútis meæ: et præsta; ut sacrifícium, quod óculis tuæ majestátis indígnus obtúli, tibi sit acceptábile, mihíque et ómnibus pro quibus illud obtúli, sit, te miseránte, propitiábile. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

**P:** Benedícat vos omnípotens Deus, ✝ Pater, et Fílius, et Spíritus Sanctus.
**S:** Amen.

AT THE CENTER OF THE ALTAR
**P:** The Lord be with you.
**S:** And with your spirit.
**P:** Go, the Mass is ended.
**S:** Thanks be to God.
**(Kneel at High Mass)**
**P:** May the performance of my homage be pleasing to Thee, O holy Trinity: and grant that the sacrifice which I, though unworthy, have offered up in the sight of Thy majesty, may be acceptable unto Thee, and may, through Thy mercy, be a propitiation for myself and all those for whom I have offered it. Through Christ our Lord. Amen.
**P:** May almighty God bless you, ✝ the Father, Son, and Holy Spirit.
**S:** Amen.

AT THE LEFT SIDE OF THE ALTAR
**(Stand)**
**P:** Dóminus vobíscum.
**S:** Et cum spíritu tuo.
**P:** Inítium sancti Evangélii secúndum Joánnem.
**S:** Glória tibi, Dómine.
**P:** In princípio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in princípio apud Deum. Ómnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil, quod factum est: in ipso vita erat, et vita erat lux hóminum: et lux in ténebris lucet, et ténebræ eam non comprehendérunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joánnes. Hic venit in testimónium, ut testimónium perhibéret de lúmine, ut omnes créderent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimónium perhibéret de lúmine. Erat lux vera, quæ illúminat omnem hóminem veniéntem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognóvit. In própria venit, et sui eum non recepérunt. Quotquot autem recepérunt eum, dedit eis potestátem filios Dei fíeri, his qui credunt in nómine ejus: qui non ex sanguínibus, neque ex voluntáte carnis, neque ex voluntáte viri, sed ex Deo nati sunt.
**(Genuflect)** ET VERBUM CARO FACTUM EST
et habitávit in nobis: et vídimus glóriam ejus, glóriam quasi Unigéniti a Patre, plenum grátiæ et veritátis.

**S:** Deo grátias.

AT THE LEFT SIDE OF THE ALTAR
**(Stand)**
**P:** The Lord be with you.
**S:** And with your spirit.
**P:** The beginning of the holy Gospel according to John.
**S:** Glory be to Thee, O Lord.
**P:** In the beginning was the Word, and the Word was with God, and the Word was God. The same was in the beginning with God. All things were made by him: and without him was made nothing that was made. In him was life, and the life was the light of men. And the light shineth in darkness, and the darkness did not comprehend it. There was a man sent from God, whose name was John. This man came for a witness, to give testimony of the light, that all men might believe through him. He was not that light, but was to give testimony of the light. That was the true light, which enlighteneth every man that cometh into this world. He was in the world, and the world was made by him, and the world knew him not. He came unto his own, and his own received him not. But as many as received him, he gave them power to be made the sons of God, to them that believe in his name. Who are born, not of blood, nor of the will of the flesh, nor of the will of man, but of God.
**(Genuflect)** AND THE WORD WAS MADE FLESH,
and dwelt among us, (and we saw His glory, the glory as it were of the only begotten of the Father,) full of grace and truth.
**S:** Thanks be to God.